

terrarum dominos et militares in milites fecit et creavit in numero vltra centum. Et concedente omnium Creatore omnia per nos incepta in breui ad bonum finem et salubrem perducemus. Nam rex Magnus et filius suus Haqwinus quasi fugientes extra et intra regnum vagando transeunt. nescientes quo se possint aut velint reclinare. non habentes aliqua loca munita in quibus audeant firmare pedes suos preter solummodo in castro Wartberghe Intra enim quindenam proxime preteritam peruenientes ad exercitum regum^d emulorum nostrorum vltra centum nobiles viros armis ornatos. captiuauimus de eodem vna autem alia dierum. immediate post duo castra Sundby et Orebro manu bellica hostiliter inuadendo deuicimus in quibus vltra. lx. armatos recepimus captiuatos^f Quocirca petimus seriose quatenus vtilitatibus et profectibus nostris prout de vobis confidimus fideliter intendatis[,] et statum. et dispositionem terrarum nostrarum principum et dominorum ciuitatum et communitatum terris nostris circumiacencium nobis statim visis presentibus rescribatis nullarum autem pecuniarum consumcionem in hoc parcendo Ceterum petimus vt ea que vobis per Bernardum Beyen- uled clericum nostrum asscripsimus vel alias vobis enodauimus per eundem fideliter adimpleatis. ac omnibus et singulis ciuibus et mercatoribus vestris ad partes istas ipsorum mercimoniis visitare cum nauibus intimetis videlicet ad portum Kalmeren Stokholm a nullis penitus hominibus offendendo vel iniuriando sed magis ipsos et bona ipsorum defendendo et protegendo Insuper petimus si balistarius vester aliquas bonas balistas habuerit ipsum cum ipsis versus Kalmeren nobis destinatis uel Stokholm quas sibi secundum velle ipsius et vt merito sit contentus persoluemus[.] ad omnia premissa faciendo prout nostrum profectum dilexeritis et honorem Scriptum in campis prope Swaneholm feria quarta ante festum pasche Scriptum nostro sub secreto^g

Insuper petimus seriose quatenus litteras istas quas vobis presencium ostensor presentauerit ad vnumquemque presentari ordinatis nullatenus obmissuri Insuper petimus quatenus cunctis ciuitatibus maritimis ac omnibus et singulis mercatoribus publice nostro nomine intimetis vt sub plena nostra securitate partes istas videlicet Kalmaren Suderkopinge Nycopya Stokholm ac^a alias vbicumque locorum nos et nostros esse percipiant cum mercimoniis eorum videlicet ceruisia vino pane farina ac aliis quibuscumque visitent et quecumque ad loca predicta et ad alia vbi nos esse perceperint adduxerint Hiis omnibus ipsis fieri debet bona et competens persolucio in promptis aut bonis mercimonialibus ita quod secundum velle eorum merito sint contenti

^a vque ms. ^b Sic. ^c Härefter överstruket Vssaliensem ms. ^d Härefter överstruket m ms. ^e Läst ormatos och rättat till armatos i Hanserecesse. ^f Ändrat i ms från captiuos. ^g Ej radväxling i ms. ^h Härefter överstruket alia ms.

6968.

1364 mars 20.

Avignon.

Urban V bifaller följande suppliker av biskopen i Linköping broder Gotskalk:

om fullmakt att ge absolution åt sådana, som hemsökt kyrkor och kloster eller deras gods med rov och brand, om de vilja ge böter och lyda kyrkans bud; detta beviljas blott för en gång och för vad som redan skett;

om fullmakt att ge bördsdispens åt 20 personer, födda av ogifta föräldrar, och åt fem söner till präst eller diakon och ogift eller gift kvinna, så att de få rätt att mottaga alla vigningar och inneha ett kyrkligt beneficium, även med själavård, om sådant tilldelas dem i kanonisk ordning; detta beviljas för 10 personer;

om fullmakt att ge dispens från irregularitet åt 20 personer, som av förbiseende eller okunnighet förrättat gudstjänst i närvaro av bannlysta personer eller på orter, belagda med interdikt; detta beviljas för en gång och för vad som redan skett;

om fullmakt att få utnämna två notarier;

om full syndaförlåtelse i dödsstunden;

om att ärkebiskopen i Lund samt biskoparna i Lübeck och Roskilde måtte utses till exekutorer av provisionsbullen (SD 6946) för Gotskalk på Linköpings biskopsdöme med uppdrag åt dem att ingripa med kyrkliga straff mot sådana, som hindra hans fredliga tillträde.

Reg. Supplic. 42, fol. 51 v, Vatikanark.

Tryckt: APD 5146 (endast n. 6).

· · Pro episcopo Lincopensi

Supplicat sanctitati vestre deuota creatura vestra frater Gotscalcus episcopus Lincopensis quatinus sibi gracias dignemini facere infrascriptas

Primo quod possit absoluere auctoritate apostolica omnes illos qui ^a[*sentenciam excommunicacionis incurrerunt*]^a propter spoliaciones et destrucciones ac combustiones ecclesiarum et monasteriorum ac bonorum ipsorum dummodo em[e]ndare^b voluerint et mandatis stare ecclesie^c ut in forma · Fiat vna vice de preteritis · B ·

Jtem quod possit dispensare cum viginti personis de soluto et soluta et cum quinque de presbitero uel diacono et soluta uel eciam coniugata parentibus genitis / quod huiusmodi defectu natalium non obstante / possint ad omnes ordines promoueri et eciam beneficium ecclesiasticum vnum si alias sibi canonice conferatur eciam si^d habeat curam animarum / habere ut in forma · Fiat cum x · B ·

Jtem quod ipse cum viginti personis · super irregularitate quam ex negligencia uel ignorancia juris aut alias compulsi ^e[*contraxerunt cum diuina officia*]^e celebrauerunt coram excommunicatis uel in locis ecclesiastico suppositis interdicto / non tamen in contemptum etc.^f dispensare possit / dignemini sibi concedere graciose ut in forma · Fiat pro preteritis vna vice · B ·

Jtem quod duos notarios publicos auctoritate apostolica creare valeat dignemini sibi concedere ut in forma · Fiat · B ·

Jtem supplicat quatinus sibi concedere dignemini plenam remissionem omnium suorum peccatorum^g in mortis articulo ut in forma · Fiat · B ·

Jtem supplicat quatinus super prouisione de episcopatu Lincopensi per sanctitatem vestram de ipso facta executores dignemini deputare · videlicet archiepiscopum Lundensem et Lubicensem et Roskildensem episcopos ac ipsis committere et mandare ut contra impediētes ipsum in assecucione pacifice possessionis dicti episcopatus et contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam appellacione remota auctoritate apostolica procedant prout fuerit oportunum / cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma · Dentur tibi in forma · Sine leccione · Fiat · B ·

· · Datum Auinione terciodecimo kalendas aprilis anno secundo

I vänstra marginalen för samtliga: Extra

^{a-a} Saknas ms; jfr SD 6958: 5. ^b emandare ms. ^c Härefter sibi dignemini concedere de gracia speciali SD 6958: 5. ^d Härefter spacium för ett ord, utfyllt av ett streck, ms. ^{e-e} Saknas ms liksom i SD 6958: 3. ^f Jfr not vid SD 6958: 3. ^g Över raden ms.